

Vidit Deus cuncta quæ fecit, et erant valde bona.

Léctio libri Génesis

1, 1. 26-31a

¹ In princípio creávit Deus cælum et terram.

[2-25]

²⁶ Et ait:

«Faciámus hóminem
ad imáginem et similitúdinem nostram;
et præsent pískibus maris et volatílibus cæli
et béstiis universæque terræ
omníque réptili, quod movétur in terra».

²⁷ Et creávit Deus hóminem ad imáginem suam;
ad imáginem Dei creávit illum;
másculum et féminam creávit eos.

²⁸ Benedixítque illis Deus et ait illis Deus:
«Créscite et multiplicámini et repléte terram
et subícite eam
et dominámini pískibus maris et volatílibus cæli
et univérsis animántibus, quæ movéntur super terram».

²⁹ Dixítque Deus:
«Ecce dedi vobis
omnem herbam afferéntem semen super terram
et univérsa ligna, quæ habent in semetípsis
fructum ligni portántem seméntem,
ut sint vobis in escam

³⁰ et cunctis animántibus terræ omnique vólucris cæli
et univérsis, quæ movéntur in terra
et in quibus est ánima vivens,
omnem herbam viréntem ad vescéndum».
Et factum est ita.

³¹ Vidítque Deus cuncta, quæ fecit,
et ecce erant valde bona.

Verbum Dómini.